



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1844**

XVI. Statut des Rathes zu Neuruppin für die Schuhmachergilde, vom Jahre 1360.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

communitam. Datum Reppin, Anno domini MCCCL. quinto, in vigilia nativitatis ejusdem, Presentibus Domino Henningo de Lo milite, Arnoldo de Ikendorp, Rigberto et Hermanno dictis de gulen, famulis, Et Domino Nicolao de Spadiz, nostro notario, et pluribus aliis fide dignis ad hec vocatis in testimonium veritatis.

Nos Burchardus, Dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, presentem litteram in singulis suis articulis et membris, prout justa fuerit, in nomine Domini confirmamus. Datum in Nova Ruppin, Anno Domini MCCCLVI, feria quarta ante dominicam palmarum, sub testimonio nostri sigilli majoris hijs appensi.

Nach Bratring's handschr. Urkunden-Sammlung.

XV. Vergleich zwischen dem Stadtrathe zu Neuruppin und der Elendengilde daselbst über das Einsammeln von Almosen, das Begräbniß der Armen und über die Beschaffung des Weines und der Hostien auf ihrem Altare, vom Jahre 1360.

Cum hominum memoria continue defluat — expedit, ut acta sub tempore, ne simul cum ipso defluant ab hominum reminiscencia, scripti robore ac testibus obtineantur. Nos igitur Petrus de Lyndow, Johannes Wedegonis, Hermannus Witte, Johan Paschedach, Thidericus Pricerwe, Nicolaus Rostuscher, hoc anno consules in Ruppyn, ad perpetuam rei memoriam notum fieri cupimus tam presentibus quam futuris, quod oportunitate captata, consilio prudentiorum nostre civitatis communicato, concordavimus et ad finem perpetue duraturum placitavimus cum dilectis nostris concivibus Fraternitatis exulum in hunc modum. Quod postpositis omnibus erroribus et diffencionibus, hactenus inter nos et ipsos habitis, jam dictis Fratribus exulum et eorundem Fraternitati pio favore concedimus et donamus tabulam ac omnes elemosinas, per ipsos exulum nomine petitas, cum omnibus fructibus de predicta tabula cedentibus, quibus uti debent in perpetuum ad altare, in Ecclesia parochiali fundatum et dotatum per eosdem. Ad recompensam vero jam dicti beneficii, dictis Fratribus per nos exhibitis, Ipsi et eorum successores debent funera pauperum et exulum sepelire, et hoc magistris Fraternitatis fideliter procurabunt. Preterea sciatur, quod predicti Fratres ad precacionem nostram provisoribus ecclesie parochialis III marcas argenti brand. ad usum ejusdem ecclesie (erogabunt) et ipsi provisoribus quicumque fuerint ad predictum Altare Fratrum exulum partes panum et vinum ad consecratam hostiam perpetue ministrabunt. Ut igitur hec ordinacio vigorem obtineat sempiternum ipsam in scriptulam etc. — Testes prescriptorum articulorum sunt honesti viri h. quasi, Ar. Pricerwe, Albertus de Aken, Wichman Glude, Johan Oldendorp cum pluribus fide dignis. Actum Anno domini MCCCLX in vigilia penthecostes.

Nach Bratring's handschr. Urkunden-Sammlung und Lampe's Mittheilungen.

XVI. Statut des Rathes zu Neuruppin für die Schuhmachergilde, vom Jahre 1360.

Nos — hoc anno Consules nove Ruppin, ad tollendum quemlibet oblivionis errorem et ad perpetue memorie roboris firmitatem, scire volumus tam posteros quam presentes, quod, antecedente

prudentiorum nostre civitatis consilio et consensu, dilectis nostris civibus Fratribus ghilde Sutorum concordavimus in hunc modum, Quod tum ipsorum ac totius nostre civitatis usibus semper fideliter intendere teneamur. Ad commodum igitur eorundem futurorum et ipsius civitatis nostre profectum, domum unam in antiquo foro construere decrevimus, quam et construximus, in qua stabunt ad vendendum calcios suos, quociens fuerit oportunum: proinde et etiam pro alia domo, qua utuntur ad idem in novo foro, quilibet calcifex dummodo proprium opus suum exerceat et quam diu dieta domus in antiquo foro durabit, quolibet tempore nundinarum pro suo loco dabit XVIII. denarios brandenburgenses civitati, hoc est annuatim tres solidos de qualibet persona ghilde fratrum, opus proprium exercente. Hanc domum Consules meliorabunt quotiens indigebit, et si domus ista corrueret et annihilaretur ita, quod futores in ea standi commodum non haberent, quod absit, tunc ipsi dare deberent censum prius solitum, videlicet quilibet persona XV. den. annuatim, quousque reedificata domus esset et parata. Preterea concedimus eisdem futuribus et favemus, quod nemini extrinsecus venienti liceat emere cutes seu pelles crudas et hirsutas venales in locis infra scriptis, videlicet in antiquo foro ab angulari casa penestiorum, in qua nunc moratur Johannes Wuye, usque ad domum Johannis Gush et in latitudine usque quo finiuntur viae medie civitatis et in eisdem vialibus venales. In novo quoque foro a domo Johannis Gotberch usque ad fontem prope scampna piscium et in latitudine quicquid inter ipsa scampna usque ad domum Gotberge directe continetur. Insuper ne quis civium pro denariis hospitum seu aliunde venientium ad usus ipsorum hospitum ullas cutes seu pelles hujusmodi emat per vallacionem civitatis prohibemus. Preterea sciendum quod cum hec ordinatio sponte sit facta inter nos et ipsos, nihilominus tamen omnem libertatem tam de jure quam de consuetudine prius habitam obtinebunt, potius hanc ipsis augere quam minuere cupientes. In cujus certitudinem et permanentiam perpetuam presentem dedimus eis literam, nostre civitatis autentico roboratam. Anno Domini MCCCLX.

Nach Bratring's handschr. Urkundensammlung und Kampe's Mittheilungen.

XVII. Des Stadsecretair Johann Oldendorfs Aufzeichnung der Pflichten, Verhältnisse und Einnahmen des Rathes zu Neuruppin, nebst einem Zolltarif, vom Jahre 1362.

Incipit prothocollum, quo registratur civitas Ruppyn, et ostenditur hic, quid sit curandum in Consilio Consulium. Anno Domini MCCCLX. secundo, in octava epyphanie, ejusdem Consules in Ruppyn, electi in festo sancti Johannis baptiste precedenti, fuerunt videlicet Henninghus Gotberch, Arnoldus Bardeleve, Albertus de Aken, Lentze Knochenhower, Wichmann Glude et Johannes Appelman, prefens prothocollum scribi iusserunt, Quod Inchoatum est per manum Johannis Oldendorp, tunc Notarii predictae Ruppyn, anno officii sui XXIII.

Actus Consilii.

Hic registrantur actus consilii, videlicet quis census sit suo tempore colligendus. De Festo Pasche unum nota, quod omni festo pasche carnifices tenentur dare duo talenta preter I solidum, quem magistri reservant pro eo, qui censum hunc extorquet. Item Fartores pro quolibet carnifice, cui mactant, dant XV denarios et totidem tenentur omni quartali. Item quilibet penestius in summis casis residens quolibet quartali dat I fertonem argenti. — Item quilibet casa in novo foro, annexa teatro, quolibet quartali dat II solidos, in omnibus quartalibus. Item quilibet affator quolibet quartali dat